

XIII

¶ **o**ppositio est principii pugne. pugna di-
 stantia dissolutionis. ergo si na-
 tura non esset que pugnam elementorum dis-
 sentientium pararet. dissolutio omnium fieret et cum
 cuncta perirent. Sic etiam spiritualiter est. nam di-
 scordia erat inter deum et hominem. inter
 hominem et angelum. inter hominem et pri-
 mum suum. inter animam et corpus. Necesse er-
 go erat omnia perire nisi esset mediator qui
 posset in concordiam revocare. venit ergo
 lux nostra et semetipsum interposuit. dum
 duas naturas extraneas divinam scilicet et huma-
 nam in una persona univit et terrena celesti-
 bus copulavit. et sic que in celo et qui in ter-
 ra sunt ad pacem revocavit. unde dicitur. **1. Cor.**
v. Deus erat in christo mundum reconcilians si-
 bi. et hoc plane habet. **1. Colo.** et **1. Ephe.** ij
 Et ideo quando iudei reconciliati sunt assuero di-
 citur est in figura huius. **1. Peter.** viij. **Iudeis**
 inquit nova lux oriri visa est. nam et no-
 va lux hodie mundo orta est sicut evange-
 lica narrat historia. ab angelis sanctis pa-
 est hominibus nuntiata. unde et dicitur **Luc.**
 ij. Et in terra pax homo. sed hodie multi sunt
 fractores huius pacis per angelos nuncia-
 te. et ideo ipse non potest cum ad finem suum
 pervenerint pax quam ipse effecit. sed potius
 ipse qui facere pacem venit ad versari et
 erit. eos de tanquam crudelibus bestias in infer-
 no damnabit. propter hoc monet **Aplus**
1. Ephe. v. **Fuistis** inquit aliquando tenebre. nunc
 autem lux in domino ut si. **lu.** a. 2c. q. d. Sic lux
 prima pacem ambulavit pacem docuit pa-
 cem fecit. sic et vos facere debetis si filii lu-
 cis estis. **Quarto** lux est virtutis sublima-
 tiva per radiorum repercussionem. dum enim lucis ra-
 dii ad terram vel super mare diriguntur ibi repercu-
 tiuntur multiplicatur et franguntur et ca-
 lor maximus generatur cuius virtute por-
 tae aperuntur. et sic vapores ab illis corpori-
 bus resolvuntur et virtute caloris in aera ele-
 vantur. et quanto calor eis profundius intimitur
 tanto elevatius sublimantur. unde in quibus ca-
 lor fortiter dicitur intus elevantur et totali-
 ter inflantur. sic in impressionibus sa-

ctis in summo intersticio aeris ut in a sub
 et galaxia ut in li. **Netberoz** ostenditur
 Sic et lux nostra de super in corda terrena ra-
 dios gratiosos immittit. dum ea dulcedi-
 ne sua repercutit et incendit. secum ad amorem
 celestium sursum vehit. et quanto eis gratia da-
 tur abundantius. tanto elevantur altius ut ali-
 quando totaliter inflammati in ignem transire vi-
 deantur. et hoc est quod dicitur **1. Peter.** v. **Lux** et
 sol ortus est et humiles exaltati sunt. **Dum**
 enim lux gratie in corde oritur velut fornax me-
 dulla cordis succedit. sic totaliter ad cele-
 stia elevat. **Hec** igitur lux beata hodie de
 virgine sancta maria nata. in presepio col-
 locata et in pannis involuta. sit nobis
 miseris lux et via. sed de eius nativitate qui
 re in sequenti sermone.

¶ **In nativitate domini sermo. xiiij.**

Quer natus est
 nobis **Isa.** ix. **Vira** et stupen-
 da domini salvatoris clemencia. qui
 cum esset summus factus est propter nos hominum. et cum
 esset dei filius in matris utero natus. factus est pro-
 vulus **Divina** etenim clemencia factus est cre-
 ditur ut deum haberemus quo indigebamus
 et parvulum ut eum capere possemus. **Dedit** er-
 go deus filium deum ut decebat suam magni-
 ficentiam nobis dare. sed dedit eum nobis
 parvulum sicut novimus indigentem expedire.
Si enim daret in sua potentia. timeret infir-
 mitas nostra ab eo opprimi. si daret in sua
 sapientia. timeret nostra insipientia ab eo redargui.
Si daret in sua iusticia. timeret nostra mali-
 cia ab eo puniri. **Si** vero veniret cum celesti-
 milicia. erubesceret nostra miseria sibi asso-
 ciari. **Vide** ergo clementiam domini salvato-
 ris. qui potentiam occultavit in stabulo. sapientiam
 occultavit in infanulo. iusticiam occultavit in
 parvulo nobis dato. et suam miliciam abscon-
 dit sub boue et asino. **Nascitur** ergo par-
 vulus ut non formides potentiam. nascitur
 in stabulo ut non pauescas sapientiam
 nascitur nobis parvulus ut non formides iusti-
 ciam. nascitur quoque circumdatus boue et asino

c 3